

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
 Suffraganeis Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Prusie
 et dilectis filiis Ecclesiarum Prelatis, et clericis universis
 per Prusiam, Livoniam, Estoniam, Semigalliam,
 et Curoniam constitutis

Salutem, et apostolicam Benedictionem

Livoniae, et Estoniae Episcopi
 Archiepiscopo Prussiae subiiciuntur

Illius patrifamilias provocati exemplo, qui iuxta
 veritatem evangelicam peregre profecturus, ser-
 vis suis bona sua tradidit, reversusque illos, qui
 talenta duplicaverant, constituit supra multa,
 illos libenter ad alias partes transferimus,
 quas propter sui necessitatem, et latitudinem pro-
 ventibus novimus cultoribus indigere, ut in eis
 sua opera dilatantes, se operosos magis exhibe-

248 81
beant, et vigilantius intendant, quo per eos
plurimorum oportunitatibus utilius providetur,
et sibi meritorum gratia copiosius cumulatur.
Cum igitur Ecclesia Prusie non modico tempore
pastore vacaret, nos volentes illum ponere,
qui Deo gratus, et acceptus hominibus, bonis do-
tibus naturalibus, et gratuitis redimitus virtu-
tibus fulget, munditia nitet, claret scientia,
et meritis insignitus, venerabilem fratrem
nostrum... quondam Armachanum Archie-
piscopum Prusie duximus preficiendum Ec-
clesie, virum utique secundum eos nostrum,
in quo peritia, prudentia, honestas, magnani-
mitas, fortitudo, et temperantia ceteris comi-
tate virtutibus delectabile hospitium inve-
nerunt, de fratrum nostrorum consilio, a sinu

10
lo, quo tenebatur, Armachane Ecclesie, absolutam,
eidem Prusie Ecclesie in Archiepiscopum prefe-
cimus et pastorem, sibi ad eandem Ecclesiam
vantes licentiam transeundi, plena ei tam in
spiritualibus, quam in temporalibus admini-
stratione concessa, subiicientes eidem omnes Pru-
sie, Livonie et Estonie Episcopos proprios Ar-
chiepiscopos non habentes. Quocirca universita-
ti vestre per apostolica scripta firmiter pre-
cipiendo mandamus quatenus ipsi tanquam
patri, et pastori animarum vestrarum ple-
ne ac humiliter intendentes, exhibeatis ei obe-
dientiam et reverentiam debitam et devo-
tam, eius salubria monita, et mandata sus-
cipientes devote, ac inviolabiliter observantes.
Alioquin sententiam, quam idem rite tulerit

in rebelles, faciemus, auctore Domino, inviola-
biliter observari. Datum Lugduni III. Idus
Januarii. Anno Tertio.

Descriptum, et recognitum ex autografo Regesto Literarum apo-
stolicarum f. r. Innocentii P. IV. an. III. ep. 377, quod adser-
vatus in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fidem hic
me subscripsi, et solito signo signavi.

Dabam e Tabulariis praefatis XVII. Kal. Junii MDCCCXXXVII.

Indictione X. Pontificatus vero S. mi in Christo Patris,
et Dni nri, Dni Gregorii Div. prov. P. XVI. an. VII.



M. Marcini

Tabular. S. R. E. Praefectus